Manifestauit autem de abbate omnia quae facta fue
rant et post quam uenerunt in monasterio dixit
abbas illum seniorem quare sic fecisti fratri tuo quia
ecce propter oboedientiam suam a serpentibus saluauit
eum dominus et orationibus suis mortuum ab inferno uiuifi
cauit. uiuit dns

Aliter quidam saecularis uitae habens tres
filios renuntiauit saeculo et uenit ad monas
terium relinquens filios suos in ciuitate et cum fe
cisset tres annos in monasterio caeperunt ei co
gitationes suas filium ad memoriam frequenter
adducere et contristabatur pro eis ualde sic
que enim dixerat abbati filios se habere uidens autem
eum abbas tristem dicit ei quid habes quod tristis es
et narrauit ei quia tres filios habens in ciuitatem
et quia uellet eos ad monasterio eius adducere prae
cipit autem abbas ut adduceret eos qui cum perrexisset
ad ciuitatem inuenit duos his iam fuisse defunctos
Unum uero solummodo remansisse quem adsu
mens uenit ad monasterium et nequirens abbatem
non eum inuenit illic. Interrogauit fratres ubi esset
abbas et illi dixerunt usque ad pistrinum per
rexit ille uero tollens filium suum ac quemad
duxerat abiit in pistrinum et uidens eum abbas
uenientem salutauit eum et tenens infantem

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_556/0081